Halimi confectio.

Halimi vires ex Gal.

Nomina.

Palurios.

PALIVRS

CAP. CIIII .

60

Paliurus frutex cognoscitur, aculeatus, durus : cuius semen; pingue, & fuliginosum inuenitur . Quod tum tulli opitulatur, vesicæ calculos comminuit, serpentum itibus aduerfatur . Folia & radix adfrictoria vim habent : quorum decoctum potu alium sistit, vrinam trahit, contra tæna, & serpentium morfus auxiliatur . Radix recentia tuberculosa, tumore que omnes dicitur, trita, & impostita .

Adeo inter se in quibusdam plantarum historiis discrepant scriptores, ut persæpe eorum mentes maxime perturbent, qui verum meritatem indagare student . id autem discriminis nimium euenie de Paluro . Nam que huiusce stirpis Dioscoride traditur historia, omnino differt ab ea, quam diuersis generibus protulit Theophrastus . Hæc autem non consentit cum ea, cuius Plutarchus est auctor, & hæc à prædictis omnibus profus assentire videtur . Palurium Dioscoridis (ut ab eo primum extroriat) est frutex spinosus, durus, omnibus notus : cui semen pingue, & fuliginosum . Paucis eius historicam perscrutatus




scripsit Dioscorides, nulla habita de folijs mentione, quod superuacaneum existimauerit pluribus agere de Paliuro, utpote
 planta apud suas regiones notissima. quod nobis est impedimento, quod minus ueram Paliurum de qua ipse intellexit, cogno-
 scere ualeamus. Theophrasto deinde lib. II. cap. XVII. de plantarum historia plura sunt Paliuri genera, qua omnia in sili-
 10 quis semina terna, aut quaterna proferunt, lentorem prae se ferentia, ut lini semen. Amat nasci locis aridis, quemadmodum
 & rubus, nec minus quoque diluuis. Ceterum ab hac non parum differre uidetur & illa, cuius idem meminimus inferius lib. et
 capite quarto: siquidem hanc plurimum nasci testatur in Aethiopia folijs eius, qua in Graecia nascitur, non absterilem. Qua quan-
 tum folio Graecam emuletur, fructu tamen diuerso prouenit, ut qui non latus, neque folliculari specie, sed rotundus, ruberq;
 sit, cedri fructibus magnitudine similis: cui & nucleus inest, a inorum punici modo, qui non manditur. Fructus uero per se in-
 cundus habetur, atque si quis uinum infundat, tum ipsum suauiore, tum uinum suauis reddi aiunt. Ex quo aliquando mihi
 persuasi, eum non longe aberrare, qui dixerit, hanc illam esse stirpem, quam Plinius Aquifolium uocat: & nos AGRIFOLIUM
 dicimus, quod folijs sit undique aculeatis loto maioribus, fructu cedri, rotundo, rubro, nucleus inuis habente,
 & gustus non ingrato: non tamen, quod pro certo hoc afferere uelim, quod hac propria sit Aethiopiae planta: sed
 quod aliquando his notis persuasus putauerim, Paliurum hanc aut Agrifolium esse, aut omnino arborem sibi similem, non
 autem Zizyphum, ut ille impudentissimus somniauit Gulianinus: siquidem Zizyphi bacca rotunda non sunt, ut cedrides,
 sed oblonga oliuarum modo, neque os inuis habent punice malo simile, sed ut in Olinia longum, durumque. Plinius ex

Agrifolium.

Theophrasto hanc ipsam literis mandavit lib. xii. cap. xxvii. Sed cum de viribus eius disserteret lib. xxi. i. i. cam recitavit, quam & Dioscorides. Nullam ego arborem hactenus repereri, quae Paliiro Apbrieanis similitudine respondeat, praeter Agrifolium, ut dixi. Verum, ut ad nostram institutionem redeamus, Aglatones Palium, omnino, ab illis differentem trahit: quippe quoniam assurgat in Alexandria (ut ipse inquit) ad Pinus, vbi unique proceritatem, ramis frequentibus, & aculeatis, folio viridi rotundo tenui. Haec bifera est, nam tam Vere quam autumno fructum profert oliu phaulis vocat. magnitudine. Crudus manditur is, ac uirens, vbi uero exaruit, in farinam molitur, atque ea ita estur nullo liquore subacta. Aliud Palium genus in monte Coccygi nasci prodit Plutarchus ex Ctesiphontis auctoritate libro arboribus dicato, cui si aus, aut aliud animal voluere sidat, uelut inuicatum cohaeret, praeter cuculum, cui foli parit, si tamen his fides est adhibenda. Quare cum de Paliiro, tot ac diuersae ferantur sententiae, & habeantur historiae, facile crediderim, Palium esse nomen ad nationem de Paliiro, ut ac diuersis aculeatis stirpibus impostum. est Iosephus Salandus medicus apissime doctus, & in stirpium historia non impetis dum Veneta classe in Graeciam traicisset, Dioscoridis Palium se vidisse mihi pro certo affirmauerit, semine fuliginoso, ac pingui: atque mihi propriam adhuc nomen retinere. Sunt tamen è recentioribus, qui putent Palium femine fuliginoso, ac pingui: atque mihi propriam adhuc nomen retinere. Sunt tamen è recentioribus, qui putent Palium femine fuliginoso, ac pingui: atque mihi propriam adhuc nomen retinere. Sed pro certo non placet eorum opinio, quod planta, quam oxyacantham censemus, arbor sit, non frutex: quodque fructum proferat miri magnitudine, confertum, fragilem, rubrum, ossiculos intus habentem, & in racemum modum coherentem. Palium verò non

Recentiorum
femine repro
bato.

A Q V I F O L I V M .



fructum, sed semen ferat fuliginosum, pingue, & (vt Theoph. inquit lib. III. ca. xvii. de historia plantarum) in siliquis con-
 elatum, lentum, pingueque lini feminis instat. Verum is fortasse Theodorum Theophrasti interpretem sequentes, hac in re
 decipiuntur. Siquidem in libro primo cap. xv. sic verit: Quaedam folia cum extremo, tum etiam lateribus sinuata re-
 cedunt, vt illic, roboris, simlacis (gladiolus scilicet, & illic similis rubri, paliuri, & aliorum. Vbi animaduertendum est,
 eum perperam verissime esse scripsisse, cum ea dictio Græca nil aliud Latine significet, quam spinis horridula. Error
 præterea ex eo manifeste deprehenditur, quod omnibus sensu pateat, silicem, rubum folio non proferre aliqua ar-
 te sinuata, vt ea esse cernuntur, quæ plantæ illi exerunt, quam nos acutam spinam arbitramur: sed longa, & per ambitum
 vbiq; tenuissimis, ac crebris aculeis circumsepta, in eiusdem capitibus progressu idem ostendit Theophrastus, cum inquit: Si-
 mili modo nonnulla ex his caulem primo mitem, post horridulum, spinas gerunt, vt lactuca, & cuncta folia spinosa reddun-
 tur, atque etiam magis in fruticum genere, vt rubus, paliurus. Quibus palam sit, plantam, quam nos vulgo vocamus Baga-
 30 ali, verò Ampelion non esse Paliurum, sed potius acutam spinam vs tum rationibus, tum autoritatibus, quas sequenti capite
 nobis adducentur. Cæterum quæsimus Paliurus a G R I F O L I V M, siue A Q V I F O L I V M (vt Plinius appellat) mi-
 ni hinc mentem reuocant, non ab re factum esse putari si de eius historia & viribus hic verba facerem, vt itaque Aquifolium
 Plantæ arboreæ, ad acutæ spinæ magnitudinem, folijs perpetuo virentibus, Lauri baculis, sed toto ambitu per
 internalla aculeatis, carnosiss, solidisque. Virgas edit virenti libro vestitas, lentas, ac flexiles, amulas rotundas, Rusci amu-
 las, & nucleo etiam simili albo crassoq;e. Radicem decocto fouentur vtiliter articuli, qui prius luxati duritiem contraxe-
 runt, nam emollit & resoluunt, tumores discutit, & ossa fracta ferraminat. Folia suspenduntur circa funes, & quibus iusse car-
 nes sub testè pendant. Prohibent enim suis aculeis, ne mures accedant. Sunt, qui etiam scopas ad verendas domos & solios
 vircis parant. Ramis, quod perpetuo viret, hac arbor, byeme ornatur temporum foras, & Aræ, quos deinde in suis
 40 aedæ departant rusticis, putantes hinc ramus fulgura inhibere. Et fascino aduerfari genitalitus superstitiosè sectantes à Plin-
 io edoceri: quippe qui scribit, Aquifolium arborem in domo aut in villa satam vneficam arceri. Eiusdem arboris fior, etiam si ci-
 trem auctore ex Pithagora,) aquam glaciari legimus. Item baculum ex ea factum, in quoduis animal emissum, fioris si co-
 tra cadidit defectu mittens, spum per se recubitu propius adlabi, tam precipitan naturam inesse arbori. Censet idem
 Plinius lib. 27. cap. 8. Cratæogonon, siue Cratæogona Theophrasto, eam arborem designare, quam Latini Aquifoliam appel-
 lant. Sed an is recte senserit, et Theophrasti lectioe indicare poterunt, rei plantariæ studiosi: si quidem is ita habet lib. 3. c. 15.
 de historia plantarum, Cratæogon, folio mespilæ, promisso scilicet est, verum maior, latiori oblongioreq;e, nec ferrato, quem-
 admodum illa sit. Hæc non admodum magna neq;e crassa. Mater. Hæc inter scolor, valida, filiosa, cortex leuis, mespilæ
 50 similis, radix singularis, æta in profundum. Magna ex parte fructus rotundus, qui maturus siccatur, nigrescitq;e, gustu
 & sucto mespilæ. Quapropter veluti syluestris mespilæ apparuerit, est specie simplex, & sine ullo dicitur. Galenus
 Paliuri à Dioscoride descripti meminit lib. v. II. sim. med. his verbis. Paliuri folia, & radix adeo non obscuram habent
 adstringentia facultatem, ut & ventrem fluentem cohibeant; aded digerunt, ut & phymata curent, que quidem non admo-
 dum plegmonode sunt, & calida. Fructus porro tantum obtinet incidendi vim, ut & calculus vesicæ comminuet: & pellicoris,
 pulmonicis excretionibus auxiliatur. Usus hinc Græcis, Paliurus Latinis, Paliuro Italis pariter appellatur. Aquifolium as-
 tem uocant Itali Agrifoglio. Germani ualid distelen.

Aquifolij co-
 siderano.
 Aquifolij vi-
 res.
 Paliuri vires
 ex Galeno.
 Nomina.

Ovis caprae. ACUTA SPINA. CAP. CV.

40 **A**cuta a [spina, quam pyram, aut pyrhanæ aliqui uocant.] arbor est b pyrastro similis, spinosa
 ualde, & minor: bacca profert myrti. plenas rubras, † fragiles, & intus c nucleû. radicem multifi-
 dam alte descendente. Huius bacce potu, aut cibo, alio profuitum, & abundantiam foeminarum
 fitunt. Radix illita aculeos, & picula ex trahit: abortum fieri tradunt, si ter radice venter aut scilicet fe-
 riat, aut perungatur.

a Orib. hæc
 non habet
 b ænædi.
 † Non legit.
 C. Catuz.
 c vniuersas. i.
 nucleos leg.
 Orib.

50 **H**abet pro comperto tota recentiorum medicorum familia, quod arbor Dioscoridi c'enturda, id est, acuta spina, uoca-
 ta, quam Mauritanis Berberim dixere, easit nimirum arbuscula spinis borrens, quam rura Tridentina, ubi in spinis
 syluis, & conuallibus frequentissima nascitur, Crespino uulgo nominant: medicorum uerò uulgus, ac officina Arabes
 secute Berberim appellant, ita esse certo credentes, ut opinione ducuntur. Veruntamen si recte delineationes notaque
 60 penduntur, quas oxyacanthæ reddidit Dioscorides, crespini notis prorsus acuta spina relectæ constabit. Quapoti-
 simiam ratione adductus, quo magis ueritas eluceat, errorisque nebula tollatur, non dubitauit eorum opiniones refellere, qui
 inter recentiores medicos de stirpibus commentaria conscribentes, Crespinum uocatum legitimum oxyacantham esse asse-
 rant. Neque me fugit, non parum suscepisse negotij, vt eos à conceptuandi opinione in Iententiam nostram, quam v'eram
 putamus, venire compellam, cum magna admodum sit tum medicorum, tum seplasticarum turba, que hac in historia lon-
 go vsu aberrat. V'rum cum compertum habeam, quod ueritas sit niue candidior, soleque splendidiore, & eorum tum uera,
 tum fida comes, qui uirtutibus, ac probitate præstant, duxi meas rationes multorum auditorum ac probata, nullam horum
 doctissimorum uirorum auribus molestum allaturas, qui nolentes aberrantur: quinimo vs, utpote uerati defensoribus, fo-
 re incundissimas aque gratissimas: Nam qui, ut sibi placeant, malunt errare, quam ueritati, & equo cedentes, errores
 cognoscere, eosque corrigere, non sunt in philophorum, ac rationalium hominum numero recipiendi. Sed ne apolo-
 geticis uerbis tentauerit, rem insistant aggredior. Dioscorides acutam spinam arborem esse pyrastro similem scribit,
 60 minorem tamen, magisque aculeatam, fructumque gerere myrti similitudine plenum, fragilem, rubrum, & intus nucleum,
 cui radices subsint multiffida, atque descendentes. Ex quo palam est, ipsam non alias acutæ spinæ notis expressisse, quam
 proceritatis, crassitudinisq;e, stipitis, ramorum, radicum, ac fructuum, omiffa foliorum, florum, & corticis historia. Quæ
 omnia ipse accuratè perpendens, in prorsus Crespinum omnibus notis pyrastro reclamantem comperio, cui tamen prorsus as-
 stipulari acutam spinam Dioscorides esse auctor. Siquidem syluestris pyrus, quem admodum & oxyacanthæ, simplex è solo
 proficit, atque unico dumtaxat caudice atollitur, ac inde tam in longum latitæque crescit, ut ad cœnæthæ arborum pro-
 peritatem assurgat. Crespinus uerò, cuius sanè innumera mihi præ oculis quotidie iussa offerunt planta, nullum ab radicibus
 mitri caudicem, sed pluribus, ac diuersis aculeatis folionibus fructu, qui uirgæ arborum modo in alium fe atollunt, nec unquam
 arboreusum, nisi rarò, & longo temporis tractu: quippe qui omnium maiores habentur, pollicæ crassitudinem rarissi-
 mène excedunt, nisi ætate longa incrementum susceperint. quin & rara inueniuntur eius uirgula, que hominis longitudinem
 æquat. Ad hæc pyraster coriste constat aspero, squamoso, in aequali, crasso, colore in nigro rufescente. Crespinus uerò cor-
 tice uesitiu albo, leui, & admodum tenui: quo fit ut non adeo leniter ferro, uel lapide tangi possit, quin statim cortex fran-
 gatur.

Acute spinæ
 consideratio.

Acuta spina
 non est offic.
 Berberis, siue
 Crespinus.



gatur, & crocea ligni materies detegatur. Præterea pyraſter prunorum modo aculeata conſpicitur, aculeis ſingulis ex eodem loco erumpentibus, licet rami frequentiffimis horreant ſpinis, iſq; nigris, validis, candidi rhamni modo mucronatus. At creſpinus ternis per internalla armatus aculeis, ſimul ex vno, eodemq; puncto prodeuntibus, adeo ut trifurcato ordine prodeant, duobus ſcilicet utrinque ſe pandentibus, tertio verò medium occupante, albis planis, non quidem rotundis, fragilibus, & admodum pungentibus. Illud inſuper diſcriminis addam, acutam ſpinam fructum afferre myrti magnitudine. Creſpinum verò racematim in vna modum, cuius oblongi acini tritico paulò maiores, viuidi, ac rubentes, elegantèq; ratiocines adnexi, puniceos acinos quadantenus repræſentant: quanquam minores, oblongiores, acidiores, & colore etiam multò viacioreſ habeantur. Creſpini deinde folia minimè pyraſtrum referunt, ſed potius punican malum, quamvis latiora, nec adeò in mucronem deſinentia, per ambitum ſpinis tenuiffimis, frequentiffimiſq; horrida. Radices etiam, que proſectò aque flauæ ſunt, ac ſi croco eſſent infectæ, eſi plures ſint, atque exiles; nihilominus altè non deſcendunt, veluti acutæ ſpine, ſed in latum ſummo ceſpite uagantur. Floſ denique pyraſtro admodum refragatur: nanquàm melius ex racemo vna ſimili erumpit, ſui fructus interno colore, à quo dum explicatur, atque debiſcit, perquam ſua uenit ſpirat odorem. Quibus evidentiffimè colligi poteſt, & oxycantham Græcis, & berberum Arabibus non eſſe creſpinum, cuius conueniens eſt vſus apud medicos, & ceſlaſtarios. Sed præter hæc illud etiam cerò credendum eſt, quòd ſi Dioſcorides per acutam ſpinam creſpinum intellexiſſet, nunquam ſilentio diſſimulaſſet folia mirabili opere per ambitum aculeata: neque fructum, quem ramis pendunt




Vux spinæ
mentio.

Ribes officina-
conlid.

tricoli doloribus, atque etiam ægre spirantibus. Datur etiam utiliter ad Iocinoris inflammationes. Confert oculorum desfilationibus, lacrymasque cohibet, ubi guttatim in oculorum angulos distilletur cum pompholyge, & aqua rosarum. Catarum postquam acutè spina historia eo me deduxit, ut de nonnullis alijs aculeatis stirpibus differerem, non erit ab re, ut plantarum facultates augeatur, si illam addiderim plantam, quæ folio etiam apy consistat, & undique spinis riget, ab aliquibus VVA SPINA, à nonnullis Vva marina, & à pluribus Vva crespina uocata. Planta hæc antiquis (ut puto) incognita, arbuscula est parua, fruticosa, folio apy, aut oxyacantha: ramulis, ac virgis albicantibus, ubique aculeatis. Durum est generum. Sativa altera, altera sylvestris. Flos utriusque albus, & quandoque ex viridi purpurascens. Vvas profert non racematosas, sed bacarum more dispositas. Eadem facie sunt rotundæ, pilosæ, præsertim in sylvestres, succo abundant qui maturestes colorem vva cum sapore permutant. Siquidem stæuescunt, & succum subdulcem reddunt. Habent & nucleo, fragiles tamen, & imbecilles, adeo ut una cum fructu mandantur. Leguntur ante maturitatem, Maio mense, ac utilitate exhibentur. In summa mulieribus utero gerentibus magnopere expetuntur. Hinc accedit & altera planta ueterisica est, ropiaria, folio paruo, viridino, perinde ac alba populo, sed longè viridiori. Ramuli sunt ei lenti, ac flexibiles: è quibus

VVA SPINA.



bus fructus paruarum vuarum modo, vt in creffino, racematim dependent, rotundis, simulque coherentibus acinis magnitudine piperis, qui maturitate adepti, maximè rubent, sapore subacido, admiffo etiam dulci: floret mense Maio floribus in luteo candidantibus, & in fella modum radiantibus. Vnlgaris est planta, in hortisque frequens: quippe quoniam ad fepiendes hortorum pulmos eleganter feratur. Verum eos hallucinari abunde constat, qui putant, hanc arbusculam esse Arabum Ribem. Siquidem, vt posteritatis memoris prodidit Serapio, Ribes est arbor proferens capreolos colore viridi rufolescente, & folia lata, magna rotunda. Quas sanè notas huic non reſpondere satis notum est: neque enim fert hæc capreolos, neque eiusmodi folijs vires. tamen si fructu Ribem admodum referat, quod is gustui sit acidus simul & dulcis, qualem esse Ribis baccam auctor est Serapio. Quamobremis ad ea, qua illa iure poterit vsurpari, vt pote quòd febribus acutis optuletur asfuantem ventriculum refrigeret, suum restinguat, nauseam & vomitiones sistat, cibi appetentiam incitet, callosos, & lientericos inuet, & biliosos defluxionibus rextatos: sanguinis feruorem demulcat, bilit acrimoniam recutiat, impetumque domet. Quare non damnandi, quin potius laudandi videntur seplastarij, qui ex huiusce arbuscule fructu vinam exprimunt, & per annum asseruant, vt illud Ribis loco medicamentis immisceant. Non desunt, qui id esse hanc plantam arbitrentur, quod Galenus lib. vii. de compositione medicamentorum secundum locos Vrsi vnam appellant. Quorum error satis ab ipsomet Galeno refellitur eodem loco: quandoquidem asserit huiusce vrs plantam memacryli folio virecere. Memacrylum enim Galeno, etsi Arbuti fructum designat lib. 7. de simplicium medicamentorum fac. aliquando tamè ipsam quosq;

Error quorundam.



Arbuti plantam designare videtur. ut loco superius citato, ubi Gal. continens pro contento accipiens, Arbutum Memecy-
 lum appellavit. Inquit enim quæ vrsi vna appellatur in Ponto nascitur. Planta est humilis, & fruticosa, folio Memecyli.
 Cæterum cum magna differentia habeatur inter Ribis folia, quæ virginea sunt, & Arbuti, quæ Laurina emulantur, explo-
 dendæ est omnino Dodonei sententia; quippe qui nulla dubitatione censet vulgarem Ribem Vrsi vnam esse Caleni, sua tantum
 opinione falsus. Bellonio uerò in libro de arboribus conscribit Ribes Serapionis planta quadam censetur, quam se inuenisse scri-
 bit in monte Libano ad supremum cacumen, folijs oxylapathi, grandioribus retusioribusq;: è quorù medio racematim exeunt
 bacca rubentes, ut in hippoglossò, rufco, & lauro Alexandrina. At certè ego non audeo, nec possum Bellonij iudicio sub-
 scribere, quòd planta illa non respondeat notis, quas Ribis tribuit Serapio. Ea enim folia non fert rotunda, sed oxylapa-
 thi, non habet capreolos, & baccas è medijs folijs exerit. Vnde facillè adducor, ut putem eius Ribem falsam & adulteri-
 nam esse potius, quàm veram & legitimam. Oxyacantha mensinit Galenus lib. v. 111. simplicium medicamentorum, sic
 inquit. Oxyacantha, arbor ut pyro sylvestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles: quoniam ipsi fructus, pyri
 quidam sylvestris absolute acerbus est, cæterum oxyacantha, & tenuium est partium, & passim quiddam incisum obinet.
 Porrò arboris huius fructus pyri sylvestris fructus similis non est, verum myrtis, scilicet rubens & rarus. Habet uerò & nu-
 cleos. Porrò non esus tantum, sed & bibitus affectus omnes fluxionum, quos Boëtius Græci vocant, cobibet. Hęc planta Gra-
 cis & ἄρβυτος nominatur: Latini, Acuta spina: Arabib. Amirberis, seu Amyrbaris: Itali, Bagaia, & Amperlo: Hispani, Pir-
 luero,

Bellonij opi-
 nio impro-
 bata.

Oxyacantha
 vires ex Gal.

Nomina.

liero, & Piliriteros: Germanis Hagdorn: Boemis Hloc: Crepſinus verò officinis Berbero: Italis Crepſino: Germanis Canrach, Saurdorn, & paſſelbeer, Boemis Drac, ſive Drifal: Gallice Eſpine vinette dicitur. At Vna criſpa Italice vocatur vna ſpina, ſive vna ſpimella. Germanicè Koller beer. Boemice Chlupate yadoly. Gallis Groiſſelber. Caterum vulgariſ Ribes Italis vocatur ruetta roſſa, & Ribes: Germanis S. Iohans treuble. Boemis ruyno S. Iana. Gallis Groiſſelles d'outrere.

Κυρίστατος.

R V B V S C A N I S .

C A P . C V I .

10 **F** Rutex est arboris instar, rubo lōgè maior. Folia fert multò latiora myrto, robustis circa ramos spinis, flore candido: fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fuluēſcit, & focculinus intus continet. Fructus exemptis interioribus floccis arefactus, aluum ſiſtit: feruefacti enim ij in vino, mox poti, arteriam infeſtant.

10 **N** On equidem putauerim eſſe Rubum canis illud roſarum ſylueſtrium genus, quæ roſas edunt ijs quadantenus ſimiles, quas Moſchete vulgò roſas canis, quæque rubentes baccas roſarum fructibus non abſimiles, licet minores, proferunt: nec etiam quodam aliud ſylueſtre roſarum genus, quemadmodum nonnulli exiſtimant. Nam ſi ita res ſe haberet, ſat erat Dioſcoridè dicere, quòd canis Rubus roſa ſimilis eſſet, nam autem quòd arboris inſtar aſſurgere, rubo longè maior, quodq, folia ferret myrto latiora, à quibus ſylueſtris roſa proſectò plurimò diſſidere videtur, fructumq; mittere non modo oliuarum nucleis, ſed oliuis ipſis multo craſſiorem. In eam autem ſententiam non modo me plures deditiſſet, ſed etiam confirmauit Plin. quòdquidem ipſe lib. v. l. i. c. v. l. i. peculiari nomine roſam ſylueſtrem cynorrhodon appellat. i. caninam roſam, non cy noſbaton. i. caninū rubum, cuius radicē ad canis radicē morſum miris laudibus extulit. Quod iterū aſſeruit lib. xxv. c. 11. vbi illud etiā addidit, quòd apud veteres nil aliud cynorrhodon erat, quā ſpigiola illa, quæ medijs ſylueſtrū roſarū ramis obortur. Caterum cūm de cynosbato, hoc eſt, canirubo idem diſſereret, eū à roſa ſylueſtri longè diuerſum ſecit, ut videre eſt libro xxiiii. cap. xiiii. vbi ait, cinosbato folio eſſe veſtigio hominis ſimilem. Huc illud etiam accedit, quòd poſteris ſcriptum reliquit Theophrastus lib. ii. cap. xviii. de plantarum hiſtoria, ubi ſic inquit. Canirubo fructum ſubnigrum parit malo punico ſimilem: eſt inter arborem & fruticem mediū, & punice proximus, folio viticis. Ex quibus palam eſt, non parum inter ſe habere diſcriminis canirubum, & ſylueſtrem roſam, de qua poſtea libro & cap. vi. particularem tradidit hiſtoriam. Vbi cūm primum ſatius roſas longa profectus fuiſſet oratione, de ſylueſtri ita paucis diſeruit. Sylueſtris roſe do meſſicis aſperiores tūm virgīs, tūm ſolis conſtant, & ſtorem minus odoratum, minūſq, coloratum, nec tanta magnitudine ferunt. Quare pro comperto habetur, aliud genus eſſe roſam ſylueſtrem à canirubo, quorum alterum xxi. p. 107, alterum xxi. p. 108, à Græcis appellatur. Quocirca maniſeſtè in errore fuiſſe deprehenditur Marcellus Dioſcoridæ interpret, & commentator: quippe qui idem eſſe credit eſt cynosbato, & cynorrhodon, non animaduertens, quòd illa inter ſe diſſimilia fecerit Plinius ſibi familiariffimus. Hunc forſitan ſecti Monachi in Meſuem ſcribentes, ipſi quoque in eundem lapſum incidere, credentes ſylueſtrem roſam legitimum eſſe canirubum. Quibus præterea animo excederet, Dioſcoridem ſcripiſſe rubi canis fructum oliuarum nucleis eſſe ſimilem: quandoquidem ipſi illum pyri comparauerunt. & ex quo aliquis facile iudicabit, hos nullam canis rubi cognitionem habuiſſe. Ad hæc non reperio, quòd dixerit Dioſcorides, canis rubi fructum ſemen ali- quod includere, quò tamen roſarum ſylueſtrium fructus reſertus inuenitur: ſed lanofum quoddam continere dixit. Accedit hiſ Serapionis autoritas, quò de canino rubo inter alia rubi genera egit, non autem inter roſas: quòd omnino compertum haberet, hunc à roſis quam plurimum diſſerre. Illud inſuper addiderim, quòd cūm roſe ſylueſtris ferè omnes non leuiter ex albo purpureaſcant, cynosbato verò ſtus perpetuò ſit candidus, non eſt legitimè aſſerendum, ſylueſtrem roſam eſſe cynosbato. Ex ijs igitur omnibus ſatis vt arbitror liquet, canirubum à ſylueſtri roſa longè abeſſe, tantoq, magis, quòd memoria prædiderit Theophr. lib. & cap. ix. de plantarum hiſtoria, caninā ſentis fructum auerſo ſtatu collinſandum eſſe, alioqui periculum oculis imminere. Quò aperte demonſtrat, ſuper eo uel tenacum quandam lanuginem, uel quid puluerulentum inſidere, quòd ſi à vento eſpellatur in colligentium oculos, facile ijs acuitatem inducat. Quò tamen in ſylueſtrium roſarum fructibus nunquam uiſitur. Sed neſcio quò iudicio quare autoritate Cynosbati plantam naſci apud Pelignos & Eſtruchos ſcribat aduerſa vniſ quidam, eamq, arbores ſcandere, quum maniſeſtò ſcribat Dioſcorides fruticem eſſe arboris inſtar, & poſterioris memorie prædiderit Theophrastus Canirubum medium eſſe inter arborem, & fruticem, malo punice proximum. Meminit Rubi canis Galenus lib. v. i. ſimplicium medicamentorum ſic inquit. Huius fructus fructus, non ſegnitè adſtringit, folia

Rubi canis conid.

Macerū, Menachorum & lapſus.

Rubi canis virex Gal.

Nomina.

50 verò mediocriter. Itaque particularis eius uſus haud ignotus eſt. Cauendum ab eo, quòd in fructu eius lane ſeracem habet, cen arteriaſiſſimum. Frutex u Græcè xxi. p. 108, vocatur: Latine, Rubus caninus: Arabicè. Sent: Italicè, Ro- no canino.

Κύριος.

L I G V S T R V M .

C A P . C V I I .

10 **L** igustrum arbor eſt oleæ folijs circum ramos ſimilibus. latioribus, mollioribus, & colore viridioribus: flore candido, [mufcoſo,] odorato: ſemine ſambuci, nigro. Optimum naſcitur in Capone, & Aſcalone. Folia aſtrictioria uim habent: quare manducata vicerbis oris medentur: illita ſeruicid inſtammationibus, carbunculiſque proluent: decocto eorundem igni ambaſta fouetur: capillum ruſant trita folia, quæ in radiculæ ſucco maouerint. Flos ex aceto fronti illitus, capitis dolorem ſedat. Cyprinum oleum, quòd ex eo fit, odoratum, excaſſicat, emollitque neruoſi quæ feruenti natura prædita ſint, aſſumat.

Acetum olei. i. racemoleg. Orib.

Liguſtri conſideratio.

Vacinij varij opinionent.

L igustrum in Hetruria Guſticia corrupta voce vulgus noſtrum appellare conſuevit. Quòd inibi etiam aliqui Oliuetta, nonnulli Oliuetta: quidam Chambröſene vulgò vocant. Mauritanis verò Alcana nominatur. Naſcitur frequens in ſepibus ſecus vias paſſim in Italia. Flores abeunte vere, & ineunte ſtate, flore muſcoſo, vel quandoquidem Oribasius legit *Κρυβάτ* racemoleg, candido, odore ſuaui, ſed qui decerpſus ſtatim ſtaceſcat. Oriuntur ex eo bacce in cacumine racematum coherentes pyramidis modo, hederae bacis minores, leniores, ac nigriores, apore amaro ac ininucendo purpureo intus ſucco. Hæc ſua in arbore hæmè ſerè tota perduntur in incorruptis, quibus aues reſerunt, præſertimque merula ac Turdi. Folia edit oleaginia, latiora tamen ac viridiora, adſtringentis guſtus. Virgas habet lentas, flexileſque, ſolida tamen materie, è quibus caſæ ſunt ad canoras ſeruidas auiculas, ac virgæ ad inſtruedos equos. Sunt qui baccas à Virgilio, uacina uocari putent. Sed meo quidem iudicio non rectè planè ſentient. Quemadmodum nec Fuchſius, qui rubi mora, quoniam Græcis



cis *Bois*, *vacinia* esse putat: siquidem *vacinium* florem, non fructum esse pluribus constat. Cateram in notis *Dioscoridis* *stirpium* nomenclaturis legitur, *hyacinthum vacinium Romanis* fuisse vocatum. Ex quo facile crediderim, *uacinium* *Virgilio* nil aliud designare, quam *hyacinthum*. Neque mirum est, quod *Virgilius* *hyacinthum uacini* nomine nigrum appellauerit: nam *hyacinthus* facile cum *violis* colore purpureo certat, purpureus autem color à compluribus niger intelligitur. Hanc nostram sententiam comprobat *Virgilius*: quippe qui semper *vacinia* floribus admiscet, si idemque comparat, non autem fructibus. Quod manifeste declarauit in *Bucolicis*, ubi de *uacino* sic cecinit, primò *Ecol. 11.*

Alba *ligustra* cadunt, *vacinia nigra* leguntur.

Deinde in eadem.

Et nigra *viola* sunt, & *vacinia nigra*.

Item in ultima.

Nec placet præterea *Marcelli* opinio, qui pluribus comprobare nititur, *uacinium* esse *Irim*. Siquidem præterquam quòd *Marcelli* *epi* nunquam legerim *Irim* in coronis uenisse, color non aequè prompte correspondet, quod uarius adeo sit, ut non aliunde sibi notio reprob. men comparauerit, quam à caelestis arcus colorum uarietate. Adde etiam, quod cum *tridis* flos omnium fragilissimus caducissimusque sit, poeta nullo pacto hunc *ligustrum* prætulisset. Quidam *Ligustrum* eam conuoluuli speciem esse autumant: quæ sepibus, fructibus, & arbutus se circumuoluit, ac etiam sæpius uinum palis in uinctis, flore candido, lili, seu calatbi effigie, quam ego *leuem* esse *smilacem* nunquam dubitauit. & quorum numero fuit. *Seruius Grammaticus* *Virgili* commentator

Seruij Gram.
Lapfus.

Ecloga secunda Bucolicorum. Nempe (salus) ut arbitror) quod neglexerit in hac historia Plinium esse salere, Dioscoridem & alios de stirpium natura differentes. Non desiccum etiam qui existimaverint Ligustrum esse Mauritanorum caprifolium, quod sane nil aliud est, quam Dioscoridis pyracanta, seu lycium, non autem perichlymenon, ut Ruellio placet. Sed isti quod a veritate discessunt. Nec in minori sane errore versatur quidam novus Herbarius, quippe qui conficit Cyprum, & Ligustrum diversas esse stirpes: idque tam frivolis argumentis ex Plinio desumptis, ut ea potius contrarium, quam pro illo faciat. Hallucinatur profecto, qui non videt Ligustrum omnibus suis notis referre Cyprum. Provenit enim Ligustrum folijs circum ramos olea similibus, latoribus tamen, mollioribus ac viridioribus, gustu adstringenti: quinetiam & flores edit, candidos, muscosos, racemososque, & fructum nigrum, Sambuci bacca simulatum. Præterea: si Ligustri facultates expendamus, nullum reperiri posse medicum tam inexpertum crediderim, qui non moneat Ligustrum his omnibus præstare viribus, quibus pollere Cyprum scriptum reliquerunt Dioscorides, & Galenus. Atque Herbario illi venia danda est, quod is noscendis tantum plantis, non autem earum facultatibus examinandis operam navavit. Verum videat is quo pacto Pliny verbis suam tueatur sententiam, cum ipse lib. xxiiij. cap. x. affirmanter scribat, Ligustrum eandem esse arborem, que in Oriente Cypros appellatur. Paratur & Ligustri floribus oleum, in oleo insolatis, quod plurimum præstat ad vulnerum inflammationes. Valerius idem & ad capitis dolorem a bile provenientem. Fit etiam ex floribus aqua, non inodora ad ea sane vitilis, aque refrigerationem, & adstrictionem postulant. Eadem pota auxiliatur Colicis, dysentericis, & cæteris alui fluxionibus affectis. Uterin.

Herbarii ca-
tudam est.Ligustrinum
oleum, & eius
vires.
Ligustina a-
qua, & eius vi-
res.

PHILLYREA.



Ligustri vires
ex Gal.

quoque fluxiones cohibet tam bibita, quam supposita. Datur eadem utiliter potanda sanguinem vetiçientibus sicut oculorum fluxiones, per se, aut cum pompholyge adhibita. Ligustri meminit Calenus lib. v. i. i. simp. med. sic inquit: Cypri seu ligustri folia, stomacho germina in usum veniunt, & facultatis, & temperamenti maxime misti: habent enim quiddam digerens cum aqua substantia modice calida, habentque etiam adstrictorium quiddam ex terrena substantia frigida. Itaque eorum decocto quidam ambusia sistent. Vtuntur vero etiam aduersus igneas phlegmonas, & carbunculos. Nam absque molestia & morfu desiccant. Quinetiam sponte pronientibus in ore ulceribus aphthodesi, & ipsi pnerorim aphthi commanfa accommoda sunt. Rõõs arbor ita Græcis, Latinis uerò Ligustrum appellatur: Mauritanis; Kenne, Heme, seu Hanne: officinis, ALCAMIA: Italis, Guifricco, Olinella, Olinetta, & Chambröfene: Germanis, Rheinweiden, Beynboeltrüm, & Mundholz; Hispanis, Alfena. sine Albuca: Gallis, Durofne: Boemis, Ptacy zob.

Nomina.


ΦΙΛΛΥΡΙΑ.

PHILLYREA.

CAP. CVIII.

Phillyrea arbor est ligustri magnitudine. folijs olæ nigrioribus, & latioribus: fructu lentisci, nigro, subdulci, racematim coherente. asperis nascitur. Huius folia astringunt: ad eadem utilia, ad quæ oleaster, cum astrictione est opus: maxime ad oris ulcera commanducata, aut si decocto colluantur: pota vrinam, ac menses cient.

MAHALEB.



Recentiores Dioscoridis interpretes, ut Hermolaus, Ruellius, & Marcellus Florentinus, Philyream hic descriptam à Dioscoride, eam esse arborem certò crediderunt, quæ Tilia dicitur, nimirum falsi nominis similitudine. Quandoquidem Tilia Græcis τιλια, non autem φιλια, dicitur. Quod cum nullus horum animadvertisset, alter alterum secuti concordantes philyream tiliam appellarunt, ita Græcum nomen malè, meo quidem iudicio, in Latinum vertentes. Quo factum est, ut multis sit persuasum, vel quòd Dioscorides tiliam nunquam uiderit, vel quòd illi à vulgari tilia alia esset longe diuersa, utpote quæ omnibus notis tiliæ refragatur. Sed quòd Dioscorides tiliam scorsim à philyrea cognouerit, uel saltem in his plantis discrimen posuerit, satis perspicuum fieri arbitror in huius libri præfatione circa finem, ubi hæc uerba leguntur. Flores, & omnia, quæ in eundem odorem essent, reponantur ἐκ τῆς αὐτῆς οὐλοσίου. Quæ sanè uoces Græcæ non solum quòd re-
 fere uertantur ab interpretibus, in arcibus tiliacis, sed quòd postrema quidem non à τιλια, sed φιλια, quæ Latinis tilia
 est, deduci possit, abunde declarat, has plantas diuersas esse in hoc ipso auctore. Porro hinc facillè comprehendi potest,
 quòd illi non solum nomina, sed etiam rem confuderint: nam si tiliam cognouissent, nulli dubium est, quin philyræ Diosco-
 ridis proprio nomine separassent à philyra, hoc est tilia Theophrasti, qui eam libro 11. cap. x. de plantarum historia his uer-
 bis memoria prodidit. TILIA quedam mas est, quedam femina. Distant inter se tum materie, tum totius corporis for-
 ma, & quòd altera sit fructifera, altera uero sterilis. Nam materies mari dura, flama, nodosior, spissiorque: femine candidior,
 & cortex mari crassior, ætatiuque, inflexibilis propter duritiam est: femine candidior, flexibiliorque, ex quo cistas

Philyræ, &
 Tiliæ consid.

Interpretum
 Diosc. lapsus.

Tiliæ histor.

TILIA FOEMINA.



faciunt; item femina odoratior. & mas sterilis, nulloque flore est: femina & flos, & fructum signit. Flos calycula in-
 rectus præter foij pediculum, amentumque futurum, pediculo altero annexus, viridis, dum in calycula est, detectus autem
 leuiter flauus: flos: cum urbanis. Fructus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabæ, similis hederæ acino, quinis angulis,
 ueluti neruis eminentibus, inque acutus; cum sefe contrahentibus paruitus, qui scilicet maiusculus est, minutiusculus autem
 confisor constat: cum ille maiusculus scabitur, paruula quædam, ac prætenuia femina, quanta atriplicis cmitit. Folium, &
 cortex dulcia, suauitque: folium forma hederæ aciem, nisi quod in angulum acutiorem rotundatur: & quanquam iuxta pe-
 diculum curuatus; tamen de medio in acutus coactum prætendit, seque prolixius protrahit, crispum in orbem leuiter, at-
 que serratum. Medullam exiguam materies continet, nec multo reliquo molliorem corpore: nam & reliquum ligni molle
 est. Hæc de tilia Theophrastus. Quibus sanè notis ad amissim respondet nostra tilia, quarum hic imagines damus. Sed
 eas, mea quidem sententia, non inuenias in phillyrea Dioscoridis: siquidem hæc solo constat oleo, illa uerò hederæ: huic fru-
 ctus lentisco similis, racematim coherens, rubens, granis, quæ uocant paradisi, non absimilis; illi uerò oblongus, orbiculatus,
 ad fabæ magnitudinem, quinis angulis, ueluti neruis, distinctus; cui intus semen atriplicis instat. Quod aperte offen-
 dit earum discrimen. Id etiam declarat tilis proceritas, amplitudo, & ac ramorum densitas: nam phillyrea Dioscoridi arbor
 est pumila, ligustri magnitudine. Et quanquam tradat Plinius, tiliam arborem esse proceritate perquam modica; tamen
 cum sensibus, & experimento contrarium constat, credendum certè putauerim, Plinium quæ deceptum proquinquitate uo-

Plinij lapsus.

TILIA MAS.

